



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt quicquid episcopo relinquitur, id emissum in facultates Ecclesiæ
computetur. ccxvii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BVRCHARDI EPI. VVORMAC.
reus suo priuetur honore.

*De illis qui ad sacerdotum exequias venire
contemnunt.* Cap. CCXVI.

*Ex cōcil.
Toleta -
no. 8. ca.
32.* **E**A quæ competunt honestati, contingit sæpe quorundam desidia non impleri. Proinde, quia notū est, quæ dignitas in exequiis morientis episcopi ex canonibus conservetur, traditione moris antiqui hoc tantum adiicimus, ut si quis sacerdotum secundum statuta Valentini concilii ad humanda defuncti episcopi membra venire cōmonitus, pigra voluntate distulerit, appellatibus clericis obiectis episcopi apud synodum, siue apud metropolitani episcopum tempore anni unius, nec faciendi Missam, nec communicandi habeat omnino licentiam. Presbyteri autem siue cæteri clerici, quibus maior honoris locus apud eandē Ecclesiam fuerit, cuius sacerdos obierit, si omni solicitudine pro exequiis iam mortui, aut continuo antillis morituri, ad commonendum vicinum episcopum tardiu inueniantur, aut per quamcūque molestiam animi id negligere comprobetur, totius anni spatio ad pœnitentiam in monasteriis deputentur.

Vt quicquid episcopo relinquitur, id emissum in facultates Ecclesiae computetur. Cap. CCXVII.

*Ex cōcil.
Agathēsi* **P**ontifices verò, quibus in summo sacerdotio cōstituti ab extraneis, duntaxat donatur aliquis: id, vel cum Ecclesia aut sequestratim dimittitur aut donatur: quia hæc ille qui donat pro redemptione animæ suæ, non pro commodo sacerdotis probatur offerre, non quasi suum, sed quidem emissum in facultates Ecclesiae computetur: quia iustus est, ut sicut sacerdos habet quod Ecclesiae dimissum est, & Ecclesia habeat, quod relinquitur à sacerdote.

Vt nullus Episcopus, nisi cum consilio cæterorum episcoporum & principis in hostem ire debeat. Cap. CCXVII.

*Cap. Ca-
roli impe* **C**arolus gratia Dei rex, regniqüe Francorum rex & deuotus sanctæ Ecclesiae defensor, atque adiutor ratoris de in omnibus apostolicæ sedis. Hortatus omnium fidelium Episcopis strorum, & maximè episcoporum, ac reliquorum sacerdotum consultu, seruis Dei per omnia omnibus armaturam granu col portare vel pugnare, aut in exercitum, & in hostem perge laudatum